



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi
Sacramenta Tempore pestis**

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

25. Quid sit de illorum, qui inungunt oleo oliuarum, cui admixtus est alias
liquor?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

poterit nihilominus in simili necessitate v-
ti huiusmodi materia adiecta vel subintel-
lecta (vt dictum est) conditione?

¶ Poterit deposita persuasione, & as-
sumpta dubitatione, si forsan oleum sim-
plex esset apta materia; alias enim peccaret
agendo contra conscientiam, quamuis
male informatam, vt doceri solet in mate-
ria de conscientia.

QVÆSTIO XXIII.

*Quid sit de illorum, qui inungunt oleo oliua-
rum cui admixtus est aliis
liquor?*

Quæstionis explicatio.

Oleum oliuarum simplex, hoc est nul-
li alteri liquori permixtum, est mate-
ria huius sacramenti: sic enim Scriptura sa-
cra, Concilia, & omnes Scholastici Docto-
res clare definiunt: verum quia fieri potest,
vt mixtio aliqua fiat siue casu, quia forte
incidit in ampullam olei infirmorum, a-
lius liquor, puta, vini vel aquæ; siue ex pro-
posito præmente necessitate, puta quia exi-
guum quid est olei, & plurimi peste infe-
cti inungendi veniunt: Quæritur idcirco,
quid de modo ministrandi cum huiusmo-
di oleo mixto sit censendum?

Responso.

Reſponſio.

Potest tolerari, si mixtio alterius liquo-
ris non sit tanta, ut ſubſtantiam olei in
ſuam conuertat: Quia nihil habet cohra
ſubſtantiam ſacramenti, manet enim oleum
oliuarum, imo, cum liquor admixtus sit in
minorī quantitate, cenſetur conuertus in
olei ſubſtantiam, ita quod totum illud mi-
xtum cenſeri debeat oleum oliuarum: hoc
enim generale eft in omnib; mixtionibus,
ut maior quantitas conuertat in ſe minorē,
& conūnicet dictæ minori ſuas qualita-
tēs: Ita fere omnes nostri Scholastici Do-
ctores & Summiſtæ.

Dices: Quid ſi bis miſciuit alium liquo-
rem in ea quantitate, ut ſi iungantur duæ
partes externi liquoris admixti, fere ſupe-
rent, vel ſint æquales cum vera quantitate
olei oliuarum, potefnè quoq; modus mi-
nistrandi in oleo ſic mixto tolerari?

R. Posſe deficiente altero certiori oleo,
quia ſi forma externa, hoc eft, externa ſpe-
cies olei maneat, & ſuas qualitates adhuc
ſeruet, merito dubitari potest, an ſit adhuc
oleum, ideoq; poterit pastor in dūbio illō
oleo deficiente certiori, addita vel subin-
tellecta conditione, vti.

Dices

Dices 2. Poterit quoque tolerari, si ratione multitudinis inungedorum, ter quartervel saepius huiusmodi mixtio fiat?

R. Videri quod non, quia, ut ante diximus, cum in mixtione maior quantitas cōuertat in se minorem, & communicet illi suas qualitates, certum satis erit, non iam amplius esse oleum, sed alium liquorem, qui oleum in sui substantiam conuertat, in quo sacramentum ministrare sacrilegium esset.

QVÆSTIO XXVI.

Quid sit de illorum, qui non habentes oleum infirmorum, vngunt pestis infectos chrys-
mare?

Quæstionis explicatio.

Chrisma interdum significat omne o-
leum benedictum etiam sine balsa-
mo: qua significatione vtunt diuersa Con-
cilia & Sancti Patres. Interdum & magis
proprie significat oleum, cui miscetur parū
quid balsami, quod est materia propria
Confirmationis, ratione huius æquiuoca-
tionis: & quia verum est (vt statim dixi-
mus) non annullari materiam huius sacra-
mēti, si aliquid extranei liquoris illi admi-
scetur,